

invitare vnum episcopum (!) cum suis canonicis [c: canonicis] duos canonicos alios octo milites quatragesima armigeros .X. curatos .XX. rusticos miles veniens non vocatus de consilio nostro solvat .LX. marcas miles extra concilium .XXX. marcas militaris .XX. marcas. armiger .X. marcas. sacerdos sex marcas. rusticus et mercenarius tres marcas si mercenarius defecerit in pecunia recompenset in in pensione laborum iuxta tantam pecuniam Primo actori postea pro dimidietate nobis. Nec sponsus mittat fistulatores et mimos mittat pro denariis et tales episcopi milites etcetera Qvi invitantur habeant

Det öfriga saknas.

3974.

1345 d. 29 Juli.

Stockholm.

Konung **MAGNUS** befullmäktigar Fader Birgersson att med Konungens rätt och å dess vägnar afdöma en tvist mellan Domprosten och Kanikerna i Upsala å ena sidan och Michael Öndason å andra sidan.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Magnus dei gracia rex suecie noruegie et skanie Constare volumus omnibus evidenter quod causam que (!) inter honorabiles dominos prepositum et canonicos ecclesie vpsalensis ex vna parte, et **Michaelem öndason** parte ex altera. hactenus motam et ad jurisdictionem nostram spectantem, Discussioni viri discreti fadheri birgersson duximus committendam, et per ipsum sententialiter terminandam., Volentes ratum, gratum, et ir retractabile penitus habere. quidquam (!) per eundem fadherum birgersson, in causa premissa fuerit ordinatum. Datum Jn castro nostro stocholmensi die beati olai regis et martyris. Anno domini M^o CCC^o XL quinto nostro sub sigillo.

Sigillet borta, remsan kvar.

3975.

1345 d. 29 Juli.

Stockholm.

Konung **MAGNUS** upprättar, å egna och Svenska kronans vägnar, med Hertiginnan Ingeborgs af Öland fullmäktiga, **Ärkebiskop Hemming**, **Domprosten Lars Paulsson** och **Kaniken Ödhn**, ett jordabyte, hvarigenom han återtager under Upsala ödher 5 markland och 8 örtugland i Svartsjö, 4 markland och 16 örtugland i Birkeby i Skå och Sänga socknar, samt 20 öreland på ett örtugland när i Digraedby i Hillehögs socken, hvilka Hertiginnan bekommit i arf efter sina söner och skänkt till stiftande af ett kanonikat i Upsala domkyrka; lemnande deremot till domkyrkan 3 markland i Husaby Svingarn, 3 markland i Husaby Ulleråker i Trefaldighets socken och 20 öreland i Husaby Närdinghundra. (Jfr N:o 3758, 3874, 3881, 3888.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis, **Magnus dei gracia, Rex swecie, Noruegie, et scanie**, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi, quod

nos nostro, et corone regni swecie nomine, cum venerabili in christo patre, domino Hemmingo, diuina prouidencia. archiepiscopo vpsalensi, ac honorabilibus viris, dominis, Laurencio Pauli preposito, et Ødhino canonico ibidem, procuratoribus matris (!) nostre carissime, Inclite domine, domine Ingiburgis, permissione diuina ducisse Ølandie, ad hoc ab ea speciale mandatum habentibus, prout in litteris dicte domine ducisse super hoc confectis vidimus contineri, de consensu et consilio dilectorum consiliariorum nostrorum nunc presencium, permutacionem facimus, in modum qui sequitur, prediorum, videlicet, quod quinque marcas terre cum octo solidis in villis, swartasio, ac quatuor marcas terre cum sedecim solidis, in birkeby, in parochiis, skaa et sunga, necnon viginti oras terre vno solido minus, in dighraedhby parochia Hildishøgh, sitas, que predia omnia cum eorum pertinencijs prefata domina ducissa ex successione hereditaria filiorum suorum noscitur habuisse, ab eisdem procuratoribus ad vsus nostros, et corone regni swecie recipimus, et inperpetuum deputamus, Ita vt vpsalaødher exnunc pro perpetuo dici debeant, et censeri, Procuratoribus predictis dicte domine ducisse, metropolitane vpsalensis ecclesie nomine, cui per eandem ducissam pro fundacione vnus canonie in ipsa vpsalensi ecclesia, premissa predia sunt legata, Infrascripta predia nostra, et corone regni swecie, videlicet in husabyswinagarn, totam villam, scilicet tres marcas terre, in husabyulleraker parochia sancte trinitatis vpsalie, tres marcas terre, et in husabynærdhingiahundare viginti oras terre, tradentes, ac titulo permutacionis reassignantes, in perpetuum possidenda, Damus igitur et concedimus antedictis, eiusdem domine ducisse procuratoribus, plenam ac liberam potestatem, supradicta predia exnunc possidendi, occupandi, ac fructus et obuenciones quas-cumque de ipsis predijs prouenientes, percipiendi, leuandi, nomine vpsalensis ecclesie supraposite, et canonie de nouo in ea, vt premittitur, fundate, iuxta ipsius domine ducisse magnifice voluntatem, In quorum omnium euidentiam firmiorem, sigillum nostrum, necnon sigilla dilectorum consiliariorum nostrorum, videlicet reuerendi in christo patris, domini Thome, dei gracia, episcopi Vexionensis, ac dominorum, gislonis ælinasson, Nicolai abiornasson, karoli neskonungsson, Jsraelis birgersson, legiferi vplandiarum, militum, ac Johannis cristinæsson, necnon sunonis halstensson, aduocati stokholmensis, presentibus sunt appensa, Datum stokholmis, Anno, domini. Millesimo, Tricentesimo, quadragesimo, quinto, die beati olaui regis et Martiris.

Sigillen: N:o 1, Konungens, fragment; N:o 3, Gisle Elinasons (sparre); N:o 4, Nils Abjörnssons (sparre mellan tre stjernor); N:o 5, Carl Näskonungssons (natt och dag); N:o 6, Israel Birgerssons (2 vingar); N:o 7, Johan Christinesons (sparre); N:o 8, Sune Halstenssons (skölden klufven, till höger en half örn, till venster dubbel sågskura).